

hominis firma

taliter prauitates

tes fuerit

simus digni

se factus

noxe terrena

nostra

omni caritate et diligentia moris

rebuere **De** firmitate **De** **Et**

Amelioros uictus quibus d. **Ipse**

De **De** omni fidelis huius omni

scorum hinc semper ueritatem

stari et tunc parua simplicitate

uincit **De** **De** omnipotens **De**

inquin ocella a dimitta parua

incedente huius ocella in te tua

quod omnia omnia aduista inu

amur **De** **De** **De** **De**

ressa **De** **De** **De** **De**

omni **De** **De** **De** **De**

in te tuos claudum inuoluntati

synthoriamu castorum inuoluntati

inuoluntati inuoluntati inuoluntati

CCM

Quod faustum fuat!

NVPTIAS DO-
CTISS. ET ORNA-

TISS. IVVENIS, DAVIDIS

SPEISERI, Sondershusini, LL. Studiosi;

præstantis. & amplis. V. Dn. THEO-

DORICI SPEISERI, in inclitâ

Sondershusâ multos retrò an-

nos Schuuarzburgici

Quæstoris,

FILII,

Cum honestiss. & pudiciss. Virgine

MARIA,

REVERENDISS.

ET CLARISS. VIRI, M. MICHAELIS

NEANDRI Sorauiensis; Cœnobij &

Scholæ Ilfeldensis ad ann. 45. Abbatis

& Rectoris digniss. p. m.

FILIA,

Solenni ritu Sondershusæ celebratas postri-

die S. Martini,

1 5 9 9.

Felici hac metrica appreciatione & votis

clarare dignantur:

Præceptores, Affines, & Amici.

In nuptias DN.
DAVIDIS SPEISERI, ET MARIÆ
NEANDRIÆ.

NON DEVS ex summo capite EVA M fecit
Adami;
Nam caput vxorem noluit esse viri.
Ex imis etiam pedibus non finxit eandem;
Vxorem seruum noluit esse viri.
Ex costâ fecit medij sed corporis osse,
Non procul affectus à patre corde sito.
Non vt dura sonos velut ossa moueret inanes
Ore suo, nimiùm garrula siue loquax.
Vt sed eam vitæ sociam Deus esse moneret,
Vt tentem thalami fœdere, jure pari.
Vtq; marita suum redamaret amicâ maritum,
Puro corde, datam non violante fidem.
Vxoriq; suæ uirtute præesset ut æqua
Vir, medium atq; modum semper habere sciens.
Vxor & ipsa Viro pareret sponte uicissim,
Non unquam nimium uel faciendo parum.
Vt sic ambobus mens vna ac vna voluntas
Esset, & in gemino corpore pectus idem.
Hæc in coniugio vir quando monetur & vxor,
Dicitur his nil quod possit obesse mali.
Omne sed id notum satis est tibi, Sponse; nec eius
Vt tua Sponsa rei jam moneatur eget.
Nam vestri rectè vos eduxêre parentes,
Exemplum vobis atq; dedêre bonum.

Et


Et vestrae matres matronae semper honestae
Officio functae ritè fuere suo.
Pignoribus profunt exempla domestica patrum,
Et sunt ad vitam non via falsa piam.
Te pater eduxit Michael, Sponsa, Neander,
Fecerunt celebrem quem sua scripta virum,
Is fuit excellens Graecus, docuitq; iuventam
Ad finem vitae sedulus usq; suae.
Hic te sic finxit, referas exempla piarum
Ut matronarum dotibus hisce tuis:
Nempe pudicitiam Susannam, fronte Rebeccam,
Corde tuo Abigail, ac probitate Saram.
Sponse sed eduxit genitor Theodorus honesti
Te Speiserus amans; vir pius atq; grauis.
BRUNSVIGAM prius hie te, primis artibus haustis
Misit; & ad SPONSAM misit hic inde PATREM.
Post & Hierisluam populosam missus in urbem,
Vfus es hic mensam consilioq; meo.
Deniq; te misit pater in IENENSE Lycæum,
Curauit doctum te fieriq; virum.
Te Praeceptores de rebus talibus ergo
Sat docuere tui, sacraque; templa Dei.
Hic de coniugio tibi tantum gratulor, vxor
Ac castae costae quae tibi cara datur
Viuite felices quot Nestor secula vixit,
Non vester sterilis sit querulusq; torus.

Amoris ergo

M. Antonius Mocerus. Acad.

Erphordensis P. Publicus.

EPI.


EPIGRAMMATA TRIA
in nomina Neonympheorum,

Αναγραφήντα

ΜΑΡΙΑ ΝΕΑΝΔΡΗΝΑ

φουσημνιγματώδως ἀναγραφεῖσα.

Η ΝΕΑΡΑ ΝΑΜ' ΑΝΔΡΙ.

NΑΜ' (οἶνον, μέλι, ὕδωρ, γάλα) Η ΝΕΑΡΑ ἔφου ΑΝΔΡΙ,
 Ος χρίφον λύση τόνδ' ἔσσι Οιδιπόδης.
 Δάτερον Οιδιπόδης ἔσσιται, τὰ ἕκασ' ἀναλύσων,
 Νάματ' ἢ δὲ γλυκῆς ἄξι' ἔσσιται ὁμῶς.
 Γαμβρὸς δ' ἔλύσων, μόνον ὕδατ' ἄξι' ἔσσιται.
 Οὐδὲ ἐμοὶ ΔΑΒΙΔ λέξεταί, ἀλλὰ ΔΑΒΟΣ.

Latinè:

Vinum, Mel, Aqua, Lac, est sponsa juuencula Sponsi
 Qui soluet griphum hunc, Oedipus, *alter*
 Oedipus alter erit, qui singula soluerit aptè,
 Vino, Melle, & Aqua, Lacteque dignus erit.
 Sponsus aquâ solâ dignus, nisi soluerit ipsum,
 Et mihi non DAVID, sed DAVVS alter erit.

Η ΝΕΑΡΑ ΜΑΝ ΑΝΔΡΙ.

HΝΕΑΡΑ νύμφη ΜΑΝ ἔσι θεόδοτον ΑΝΔΡΙ,
 Ουρανόθεν δίδοται κόλπον ἐς ἀγνότερον.
 Τένεκ' ὅτ' ἐκ θεόφιν δώτι σοι ΜΑΝΝΑ ΜΑΡΙΑ
 Γαμβρὸς, χάειν τίσειν τῷ πρέπον ἐσι θεῶς

Latinè:

SPonsa viro MAN est: munus MAN caelitus illi
 Offeritur, castum mittitur inque sinum.
 Ergo cum detur tibi munus MANNA MARIA
 Sponse, Deo grates soluere ritè decet.

DA-

D AVIDI SPEISERVS,

Αναγραφθεῖς

DIV SVPER SIS TEDA!



Vngo meum uotum reliquorum carmine uotis,
Nomine desumptum, Sponse uenuste, tuo.
Cum thalami consorte DIV, precor, ipse SV-
PERSIS

TEDA, quæ fausto lumine flagret; Amen!
Affinitatis ergò iusit

M. Iohannes Cajus Schola
Neandrinae Rector.

AD DN. SPONSVM, &C.

X Αρματα πολλά φέρεθ' ἄρμα βίοιο
Συλλέκτροισιν ὄνειαρ ὁμοζυγίη θεότακτ'
Ευσεβέσιν : φιλιῶν πέλετα πολυφέρετα τ' ἄλλων.

Ἔστιν ἀεζίχρον γάμ' ἄρραγές ἄμμα βίοιο
Ὡ δύο συγκολλῶν ἐνόει Θεὸς ἰλαόθυμ'
Ἀρσενα καὶ νύμφην, συζῆν δύο εἶν ἐνὶ σαρκί.
Ἀλλήλους τε παρηγοεῖς φρεναδελγίσιν αἰέν
Θαρσύνειν, θεόπεμπ' ὅταν κακὴ αἴσα πάρεστι.
Ἐν δὲ τῇ δ' τυχήτε καὶ δ' οὐδὴ χαρείωσιν
Χαρμοσύνης μετέχεν ἴσως ἀμφυξινόσιοι
Καὶ θυμὸς τέρπεσθαι ἀμοιβαίῳ φιλότητι.

Μαχλοσύνης βλαψίφρον' ἠπιόν ἐστιν ἄκεσμα
Ὅπως μὴ μορόεντι πόθῳ πεπυρωμέν' ἄφρων
Πορνείης, λέκτροντ' ἐπὶ μοιχκὸν ἀμφαδὰ βαίνης,
Ἀλλὰ σαοφροσύνην ἀσκῆς καθαράν ἀμίαντον.

Ὁς νύμφην γαμέει, μόχθων ἐπαρήγορα πάντων
Ἡδὲ βοηθῶν, οἰκυρόντ' ἔχει εὐφρονέυσαν,
Οἰκόντ' ἐν θεῖσιν πολυφρέσισιν κομιδῆσιν,
Τῆςδε συνεργύσης πλετόντε καὶ ὄλβον ἀρίστη
Ἐπιτοῦ, ἠδὲ πόνοισι θεόδοτα δῶρα ἀέξει

Ενδεσ

Ενθεν δάλλοντα φίλα τέκνα, κληρονομήντα
Ημέτερον κληρον, καὶ ἐσομένους ποτὶ ἄνδρας,
Μνηστὴν ἀτειρήν ἀέξονθ' ἡμεῖων κατὰ μοῖραν.
Ταῦτα μέμηλε θεοφροσύνης φρενόθεν θεοδείκτε,
Λαοτρόφου τε πέλει ἀρχῆς βλασημάτα χρυσά.

Γυμνάσιον γὰμ' ἐστὶ καλεσσιδέοιο προσευχῆς,
Θελξιδέν χαειτόστε, καὶ δολογῆς χαειέσης,
Πίστι' ἐδλοπόνου, λαμπρῶντ' ἀρετῶν συναπασῶν.

Συζυγίη πέλεται ΤΥΠΟΣ ἀρμεν' ἠδὲ κάτοπλον
Τῆς ἀγαθοφροσύνης, καὶ τῆς πατρῴοφίλτου
Στοργῆς, ἠδ' ἐλεημοσύνης προσυκερδίοιο,
Θ Χειρὸς τῆ' ἀμφιέπει λαοσό' ἡμᾶς.


Ἀλλὰ μοι ὦ ΣΠΕΙΣΗΡΕ φίλων χαειέσατε πάντων,
Οὐ ΜΑΡΙΗΝ χαειτοβλέφαρον ΝΕΙΑΝΔΡΟΓΕΝΗΤΟΝ
Ἐκ θεόθεν γαμέεις μάλα, σοι ποιῆςτε σύνεδνον,
Κικλήσκω θεόν, ἠδὲ τὸν ἀχολῆσι γεραίρω,
Ὅσπως σοι δοίη τέτων, ὧν ἐκφραδα μύθου
Μυσσπόλω τᾶδ', ἀζώως πάντων ἀπολάυειν,
Καὶ γαμικόν σοι ΧΡΙΣΤΟΣ, ἐπικρααίγοι ἐέλδωρ.

Affinitatis & honoris ergo,

M. Iohannes Contius Sanderhusinus,

Consiliarius Illustr. Comitum

à Suuartzburg, &c.



Sapphicum Nuptiale,

AMPLISS. DN. QUÆSTORIS, PA-
TRONI ET COMPATRIS MEI
obseruandi filio sacrum.

Multa sunt sacris simul & profanis
Literis exempla; quibus probatur,
Quod Deus castos amet, inq; castos
Damnet amores

Cur

Cur enim primum rapit unda mundum?
Quinque cur vindex vorat ignis urbes?
Præbuit tanti exitij **LIBIDO**

Scilicet ansam.

Ilium quare Priami superbum
Pauit hei flammæ Danaas? stuprârat
Ille nimirum Phrygius maritam.

Hospes Attidæ.

Hinc tuum, doctissime Sponse, cœptum
Laudibus dignis meritò colendum;
Qui probas castos, vetitosq; contra

Spernis amores.

Nec probas saltem; sed & ipse casti
Iam paras castum thalami subire
Fœdus, ut casto placeas supremo

Pectore Jouæ.

Non tibi Sponsæ inuidiosa stellis
Lumina, aut laudabo genas propinquas
Purpuræ; non à roscò nitentem

Ore pudorem:

Majus est, & laude magis vehendum,
Quòd genus magno trahit à **NEANDRO**,
Stemma quòd matrisq; patrisq; Virgo

Moribus æquat.

Ergo, quid Speisere diu moraris?
Obuijs talem manibus puellam
Sume; Quam Christus dedit ipse Sponsam.

Sume Mariam.

Fronibus se vere nouo quot arbor
Induit; quotquot decoratur Hybla
Floribus, Speisere toro tot adsine


Gaudia uestro.

Vt

Vt Deo possit is uterque castis
Mentibus seruire; piosq; longum,
Qui Deo dignos tribuant honores,
Edere natos.

Justus Ernestus Badrensis,

*Ecclesiastes in Berckâ diœce-
sios Sondershusinæ.*



Hæc David! Hæc Maria!



Aturum Sociæ procum jugali,
Gnomâ dicitur admonere Teuto:
Ut prius benè ponderet parentes,
Quàm ruat sibi filiam procare.
Fallor? an mihi uentilâsse, David,
Probè crederis in procando gnomam?

Quæ tam traduce nam puella claro
Terris nomina iactitat patrita,
Vna vt filia nobilis Neandri?

Si Germania sola publicatos
Centum suspiceret viri libellos:
Nónne res foret ista digna cedro?
Nónne dignior vsq; & vsq; scriptor?
At libros Latium, Pelasga regna
Plus libros Iouis æstimant cerébro.

Hoc viro Abbate (liuor absit!) orbe
Tantum floruit ILEFELDA, quantum
Doctæ laudibus inclitis Athenæ.
Troianus fuit illa nam caballus,
Cuius ventriculo subinde Vernas

Phœ-

Phœbi uidimus exiisse castris.
Lubens parco probâ: probauit antè
Prorex RANZOVIVS, CHYTRÆVS antè;
Vates CRYSIVS & MELISSVS antè.
Fama & laus hodie sub astra multos
Ponit ex merito: Sed, ecce, paucos
Laudis buccina proximat Neandro!

Matrem, Sponse, cupis tibi célèbrem
Sponsæ? Nolo, David; in urbe totâ
VIRTVTIS cluit hæc tibi TAMION.
Sit laus certa alijs! Athæc perenne
Maternomine foenerauit æuum.
Verùm; QVALIS ea est, foris uel intus,
TALIS est tua (corculum!) Maria;
Maternæ probitatis æmulatrix.

Ducentas ego nuper ipse uidi,
Tractu syrmatidis insolentiores,
Tergo, uertice, calce, purpuratas:
Hæc sed non potui MODESTIOREM
Cœtu nomenclitare foeminino.
Non do uerba, David, tibi: Mariæ
Nil hîc auribus: Ipsa res loquetur,
Vero uerius esse me locutum,
Et fucasse meos nihil Phaleucos.

Tu cognosce, David, BONVM; supremus
Quô te dotat Olympus & Jehoua.
Sis bonæ Mariæ bonus; Lycéo
Ut uiuus docet ipse te Neander:
Et mensâ & cathedrâ meus MOCERVUS:
Et REVSNER Leorinus in Salanâ.

B

Eris;


Eris; nil dubito. Precum litatus
Ergo thura Deo, Dauid, quiescam;
Et lyræ cohibebo, verticillos.

Viri magne fator, fator puellæ,
Vitâ, sorte, toroq; præstinator,
O Ichoua Deus; Meo Dauidi
Et Gnatæ benedicito Neandri!
Longam da, Deus alme, sanitatem;
Et veram thalami suauitatem;
Et magnam seriem nepotulorum;
Æternamq; poli beatitatem!
Hæc si dona dabis, dabis SAT orbe;
Ambobus dabis, ô Deus, SAT axe.

Affinitatis ergo

Matthæus Zimmerman Arnstateris

Poeta Laureatus, Scholæ Sondershusinæ
Rector.



VOTVM TRILINGVE.

A Emæth tiru betof chathan vechallah
Adeu -- ad enechem tiru beraah
Peru larof Kegan -- edæn Elohim
Veischrun li meod liphneu gefarim :
Beneu hadar vechafod teledu na
Leharbothioschefeü Kisse barachah.

Latinè

Latinè:


Quod modò fœdus inis, doctissime Sponse, pudicâ
Cum Sponsâ, rebus careat sine fine molestis,
Atq; voluptatis veluti cultissimus hortus
Fructus mille ferat clementi fidere natos.
Optima progenies vestris ducatur ab imis
Visceribus, cœlum quæ ciuibus augeat altum,

Germ:

Glück ohne Leid / Brutigam vnd Braut /
Euch treff / die ihr ist werdt vertraut.
Gott geb / das ewer stand mög sein
Ein paradeis fruchtbar vnd fein /
Aus dem die Früchte herrlich schön
Mit scharn zur Welt vnd Himmel gehn.

Affinitatis ergo

Ioachimus Manardt Sonderhusinus,
Schola patriæ præceptor classicus.



Q. D. B. V.

A Egrè, sæpè refers, suas ocellos
Obductos nebulâ vices obire.
De tot quî ergo tibi legis puellam,
Quam dotes animiq; corporisq;
Sic clarant: Patris atq; sic Neandri
Fama quam decorat, nitens per orbem?
Pol quæ vel moueat Iouem puella!
Númne Mygdonias opes maritâ
Tantâ tu Phrygiæ, aureum aut lacunar
Permites? potius vident ocelli.

B 2


O Lyncei

O Lynci propior Dauide Sponse
Stellis cur nebulam imputas serenis?
Noxiæ statuenda pœna. Mille
Noxam basiolis TVÆ expiabis.


Sed uotum facio: Tibi jugalis
Hic nexus benè, compariq; cedat.
Mutuus sit amor: breui tenella
Te beet suboles, diesq; uiuas
Grandes cum PARE, ter precor quaterq;.
Ecce uota uicariâ hæc. ut autem
Vellem portitor ipfus esse uoti!

Affini mellitiss. VVitteberga
transmittebat

M. Paulus Iouius.




A. C.

 Vi nescit precibus Numen tentare supernum,
Ponti se credat fluctibus horrifoni.
Immò; qui nescit precibus tentare Iehouam,
Tedæ se credat fluctibus innumeris.
Hostis enim fabricæ diuinæ, Numinis osor,
Turbida conjugibus quæque mouere solet.
Morborum uarijs nunc cassibus implicat ipsos;
Nunc ferus inter eos jurgia dira ferit.
Singula nec poterunt dici narrando malorum
Semina, coniugibus quîs struit insidias.
Lancea quas contra prodest fideiq; precumq;,
Quîs (io!) Christi adum pellitur omne malum.
Ergo

Ergo pares thalamum quia tu, Speisere, jugalem,
Inq; tuum veniat Nympha pudica torum:
Quæ prognata Viro est claro magnoq; Neandro,
Qui terras linquens jam super axe cluit:
Incipium precibus facias, sis nocte Tobias
Ternâ, A smodæus sic procul hostis erit.
Hoc firmo Satanæ franges munimine fraudes;
Hoc hostis vinces illita tela dolis.

*Amico suo, seu fratri, transmittit,
ex inclitâ Salanâ*

Bartholomæus Goltzius Berlinensis,
SS. LL. Studiosus.



Q. F. S.



Aud vanè dixit, quisquis vel dixerit; esse
Absq; bonis illos, absq; fauore Dei,
Absq; quiete animi, sine delectamine, lege
Absq; bonâ; totum; moribus absq; bonis:
Qui spernant casti socialia fœdera lecti,
Tedali subdant nec sua colla iugo.

Iov A etenim summus tedarum fautor & autor
Numinis huc vires vult retulisse sui.
Nec quid terrigenûm mage dotibus atq; stupendis
Illustrat signis, quàm pia vincla tori.
Auxilio modò conjugibus, quos preffat egestas,
Subueniens liquidas in mera vertit aquas.
Illius eq; manu stat opimo mensa paratu;
Non exhausta olei vasa liquore fluunt.
Fœcundo steriles aperit modò femine ventres,
Desertas complens prole beante domos.

B 3

Iam

Iam fœtum informem sub matris pectore clausum
 Format, alit, vegetat, progeneratq; Deus,
 Mox sese immiscens jactatis turbine fortis
 Luctificæ, forti liberat inde manu.
 Quanta Dei bonitas! benedictio quanta jugatis!
 Quantus amor! Supra mentis acumen abit.
 Hæc BONA vix minimâ saltem communia parte
 Cœlebs, cui nunquam coniugis vsus, habet.
 Qui nunc, illicito flagrante sub ossibus igni,
 In thalamos vetitos absque pudore ruit.
 Nunc, improuisa curarum oriente procella,
 Irrequietus agit; quòd sine compare agit.
 Non est, cui retegat funesta grauamina mentis;
 Cuius deponat credita sensa sinu.
 Non est, colloquij sibi quæ mulcedine blandi
 Adstet; seu fuerint gaudia, siue dolor.
 Is non augendæ propagandæq; videtur
 Proli, sed solum conditus esse sibi.
 Addo, quòd huic rarò sit mens intenta precandi,
 Virtutumq; omnis praxis honesta cadat.
 Isthæc nunc, animæ David pars maxima nostræ,
 Perpensâ exactè cuncta bilance tenes.
 Nec dubitas castam sociali fœdere Nympham
 Iungere, præ multis quæ placet vna tibi.
 Limine sic primo lo v æ vestigia cernis:
 An non diuini signa fauoris habes?
 Quod jam nupta tibi, morum decorata nitore,
 Virgo Neandrino nomine clara venit.
 Tali dignus eras; Talis te digna puella:
 Hoc dignus Genero doctæ NEANDER eras.
 O te felicem! te dextro fidere natum!
 Cuius in amplexus tanta virago venit.

Quam

Quam pudor & probitas, quam dulcis gratia morum
Condecorant; cui non quid feritatis inest.
Nec non quæ reliquas inter pulcerrima Nymphas
Non secus, atque inter tot VENVS astra, nitet.
Cùm jam fors dubio grassabitur atra tumultu,
Eructans tragicas uoce tonante minas:
Ipsatuis subitò coniungens colla lacertis,
Lætificos hilari fundet ab ore sonos.
Blanda, benigna, decens, tete solabitur ægrum;
Fida coadiutrix, dulce leuamen erit.
Gratulor ergo nouo tibi jam noua gaudia Sponso;
Gratulor exstructum, Sponsa pudica, torum.
Sit tibi faustus amor; vestro concordia lecto
Incubet, & mentes copulet arcta fides.
Vnum cor vobis pariter sit & vna voluntas,
Nec vos tetra suo semine tentet Eris.
Viuite felices; largo benedictio cornu
Affluat: ex animo prospera quæque cadant.
Atque breui fitis numerosâ prole parentes;
Lusitet ad vestros turba tenella pedes.
Vestra Deus longè producat stamina vitæ,
Corporis & faciat membra vigere diu.
Hæc vobis opto deuoto pectore Sponsis;
Eueniant votis optima fata meis.

Popularitatis, honoris & amoris
gratia faciebam

Eobanus Bertram Sondershusinus;

Preceptor pro tempore juniorum
Nobilium à Zengen.

DeA-

DAVID SPEISER, MARIA NEVMANS,
COR VNVM.

EN, O AMARA, VENIS, DV DV M SPE S
VNICA! M I R O R
Non territum me nomine.
Sed; fronti vt metuens non nectare vescitur illo,
Quod conditum seruant apes:
Vtq; rosam minimè fragrantem demetit vngue,
Quicumq; metuit centrion:
Sic rarò trepidus Nymphæ fit compos amator,
Hamos pauescens corbium.
Quis stupor, aureolas uvas, gratasq; sapore,
Ingratæ acore pendere?
Exulet ergo meâ vecordia mente, facelsas
Talis procul dementia;
Nominis vt solâ formidem voce Mariam,
Quæ mella spirat pectore.

David Speiser Sponsus.



ERPHORDIÆ
Typis suis excudebat Iohan. Pistorius.

AB 113 723

ULB Halle

3

002 387 581



TA → a

Iuno et p̄hem̄

Iterum ierem̄ r̄m̄

Ixi ueterum.

Inter. **offer**

Inter. **offer**

Inter. **offer**

Inter. **offer**

Inter. **offer**

Inter. **offer**

Inter. **offer**

Inter. **offer**

canentes ius tuus non recedat ac
oculta et iocundis sacramentis iudicij
clonis efficiat. **A. D. A.** **Ad** **h**oc **u**erbum

Omnipotens refecti sacramentis **ps.**

tis et gaudens supplices te donec
deprecantur: ut quos quidam
tristitia persequantur amittant.

Them̄ **offer** **offer** **offer**


Domine qui nos iustitiam **offer**

rostra iudicis et iudicis iudicis

rostra eius iudicis iudicis

et oratione filiorum. **ps.** **offer**

uultus **ps.** **offer** **offer**



Quod faustum fuat!

NVPTIAS DO-
CTISS. ET ORNA-
TISS. IVVENIS, DAVIDIS
SPEISERI, Sondershusini, LL. Studiosi;
præstantifs. & amplifs. V. Dn. THEO-
DORICI SPEISERI, in inclitâ
Sondershusâ multos retrò an-
nos Schuuarzburgici
Quæstoris,
FILII,
Cum honestifs. & pudicifs. Virgine
MARIA,
REVERENDISS.
ET CLARISS. VIRI, M. MICHAELIS
NEANDRI Sorauiensis; Cœnobij &
Scholæ Ifeldensis ad ann. 45. Abbatis
& Rectoris dignifs. p. m.
FILIA,
Solemnivitu Sondershusæ celebratas postri-
die S. Martini,
1 5 9 9.
Felici hac metrica appreciatione & votis
clarare dignantur:
Præceptores, Affines, & Amici.